



RDINI
Nazionale
Firenze



PICUM
MIRANDULAM
DEFENSIO SAVONAROLE
ADUERSUS SAMUELEM
S.L.A.














Defensio Hieronymi Sauonarole Ferrariensis ordinis pre dicatorum aduersus Samuelem cassinensem: per Iohannē Franciscum Picum Mirandulam edita: Ad hieronymuz Tornielum ordinis fratrum minorum generalis uicariū.



Ppido q̄ oportune Samuelis cassinensis inuectiuā in Hieronymi ferrariensis prophetias ad me misisti: Nanq; dum per ualitudinem non satis prosperam mihi grauioribus studiis abstinendum esset / neq; adeo tamen angerer / ut omnino a litteris integra ista hebdomada feriandum ducerem / occasionem dedisti / ut haud magno cum labore in litterario negotio uersarer. Siquidez quid nouus hic accusator aduersus hominem uirtutibus cumulatū & in primis innocentem moliretur pellegi: quantumq; sue argumentationes haberēt roboris perpendi / chartisq; mādaui: paucos hos dies ad alia negotia non destinatos huic operi libenter impartiens: cū ut nostrę tibi pollicitationis munus exsoluerem: Tum ut cognitę ueritati plena cęra subscriberem. Percepturum te arbitror calūnias illas in uirum innocentem irrogatas cōmenticias nugas fuisse: Atque erroris (ut sic dixerim) spiritum cui semper cum ueritate bellum est / sectatores suos adeo inuoluere circūagereq; ut non soluz a uero deuiēt: sed etiā aduersus seipsos pugnent propriaq; dogmata destruant. Tot profecto in hac pellegenda inuectiua errores confutatione digni se se certatim obtulere / ut haud satis mihi constiterit / eius auctor cōmiserationem ne a me an reprehensionem magis exigeret. Et quidem ni sua scripta formis excudēda tradidisset / poteram facile aut errata ipsius silentio pręterire: aut eadem breui epistola refellere. At cum in publicum processerunt / non potui pluribus nō resistere: Motus ad hoc officii cum ob alia / quoruz iam tibi partem explicui: tum ob id maxime / ꝙ de hieronymi ipsius doctrina probitate / reuelationibus totiens in nostris lucubrationibus mentionem ho

norificã fecimus: ut si ea modo labefactari dissimulanter ferrẽ / conscius asseueratę falsitatis iudicari possem. Scripsimus pręterea in eius doctrinę robur duas ad te superiori anno epistolas: atq; etiãnum duplici apologia quorũdã maleuolorũ uana obiectamenta diluimus: ut pote qui nunq̃ passus sim (q̃tum nostrę tulerint uires) dogmatum eius uitęq; serenitatem nubibus mendaciorum obuolui. Hoc christiani hominis officium: hoc inter alia perspicuum ex theologicis studiis emolumentum / ut ueritatem tueri / abigere falsa dogmata & possis & debeas. Hęc potissima causa cur pleriq; theologorũ christianos quoscũq; / modo litteris aptos ad legenda ediscendaq; sacra eloquia suis cõmentationibus inuitauerint. Et quantũ ad me attinet / qui aliquibus annis inter ipsa uersatus sum / licet inde fructum aliũ unq̃ non collegissẽ / q̃ q; satis essẽ ad hanc ueritatem tuendam / bene mihi actum putarem. Ferat aduersarius tam ęquo animo defensionem nostrã / q̃ nos hominis amicissimi & innocentissimi iniquam accusationem tulimus: Nec aut incessendi studio / aut oblatrandi desyderio me scripsisse existimet: quandoquidẽ tantum id a meo instituto abest / ut etiam nihil magis oderim: Quod quãq̃ ex te alias / tum uel hoc argumento percipere potest / q; tibi u3 / sub cuius uiuit imperio / defensionem nostram inscribo.

¶ Contra epistolam

VErum ut ab eius epistola refutationem ipsam exordiamur: Eximius hic criminator ꝓphetias spernẽs se prophetam in primis constituere uidetur: perpẽdisse scribens Hieronymum ipsum & si non manifesti erroris interpretem / latentis tamen & quasi e latere pullulantis inuentorẽ. Magnam in primis prę se fert intellectus perspicaciam: Magnum acumen ingenii: ut nõdum natum / sed sub ipsa quasi formę incohatione latentem errorem rimatus fuerit. Sed audi quid dignum tanto ferat hic promissor hiatu. Lege inquit ac pellege totum duodecimum Augustini librũ

ſuper geneſim ad litteram: & diligenter attende / quia falſus es / & turpiter ſeductus a Sathana. Mirus certe Auguſtini operum ſcrutator: qui non ſolum quod eis ineſt / ſed & illud / quod nec in illis nec aliubi continetur inuenerit. Oſtendem⁹ autem ante q̃ perueniamus ad calcem occaſionem / ob quam tuus hic obiurgator in laqueos / quos parabat inciderit: & eo potiſſimum loco / quo fulcire ſe auguſtini ſententiis credidit: Qui non modo ex theologię apicibus ad plana rez deduxit (ut prędicat) ſed pleriſqz nugamentis onuſtatus ĩ pręceps abiit. Zelo ſe cõpulſum ad ſcribendum profitetur: quod equidem facile conceſſerim. At cum multiphariam dicatur zelus hic cuius uis exciuit ſamuelem / non idem eſt qui commedit pſalmographum: ſed illorum gregis ſociandus qui non ſunt ſecundum ſcientiam: Quod genus ab apoſtolo tanq̃ ueritati infeſtum exploditur. Neque enim metuere debebat ſimplicium mentes deuaſtatum iri ſuſpitionibus falſis / poſtq̃ Hieronymi prophetia ceperit uileſcere. Trepidandũ ubi timor nõ eſt uetat propheta diuinus. Dei quippe opera apud eos / qui bonę mentis bonęqz uoluntatis & ſunt & habentur / ſemper pretioſe cuſtodiuntur: quãq̃ multi aut liuore aut ignorantia concitati in ea blatterent. Noui ego quoſdam perſpectę bonitatis & doctrinę ex omni fere chriſtianoruz ordine Hieronymi dogmatis (ut pote quę a deo manarint) tam ardenter affectos: ut pro eis tuendis (ſi opus eſſet) ſanguinem effundere non recuſarent. Noui huius inſtituti pleroſqz tam ex his qui uxoribus addicti ſunt / q̃ qui celibem uitam propriis in domibus degunt: Sed & in Franciſci & aliorum relligioſis familiis nõ nullos alloquutus ſum / qui adeo infeſti innocentis huius hominis / quem defendimus perſecutoribus ſunt: ut eos etiam q in eiſdem cenobiis degunt & illi aduerſantur ſanctiſſima obiurgatione compeſcant: Nec concitari aduerſum ſe inuidiam probraqz uerentur ob illius amorem: qui ſanxit beatos eſſe / q perſequutionem propter iuſtitiam paterentur. Quare expa-

uescendũ criminatori non fuit seduci christianos hac ueritate: cui nomen erroris imposuit. Euangelio non seducuntur / sed perficiuntur / qui christi iugo supposuere colla: Verũ nec prophetiis maculantur: Nanq3 (ut apostolus inquit) qui prophetat christi ecclesiam ędificat. Nihil autem aliud prędicare eum comperiet / si deposito tumultuantium affectionũ turbine lipido mentis oculo re3 ipsam contẽplatus fuerit. Exardet hieronymus magnopere christi amore / cupiens ab usus / quibus magna christianoru3 pars hallucinatur eliminari: & hanc unam ex causis esse crediderim / cur deus ad predicendũ ĩminens Italię flagellum eundem elegerit. O ingratos homines & de deo creatore redemptoreq3 male meritos: qui cũ hominem hunc sequendo / cladem potuissent euadere / illam potius incurrere persequendo malũt: Et quod deterius exitialiusq3 est / gloriantur cu3 malefecerint (ut ait Solomon) & exultant in rebus pessimis / queãdmodum hic subsannator: Qui ex Samuele se Danielem facit: & christi spiritu exsuscitatum pro aperiẽda ueritate prędicat. Sed utina3 uel centesima portiuncula Samuelis spiritus nedum Danielis in eius animo uigeret: quandoquidem ex oppugnatore ueritatis propugnator fieret: Cum ueri prophete se inuicem iuuent tuenturq3 ut pote eodem diuino spiritu recti. Nunc rem ipsam cominus aggrediamur: & disiectis quę prętendit causę pręsidiis criminationes ꝙ ipsas concidamus.

¶ Contra proemium.

ENimuero si tam exequeretur in recessu q̃ promittit in fronte / non solum me aliosq3 ueritatis huiusce defensores contra se non armasset: uerum ex aduerso effecisset / ut quam ueritate3 firmissime credimus / falsitatem comperissemus: & quam pro uiribus fulcimus / mutato proposito excideremus. Pollicetur enim ĩ prescriptione proemio pręposita inuictissimis rationibus se demonstraturũ falsam Hieronymi sauonarolę prophetia3: Quis rogo si hoc implesset / sibi non adhęsisset? Nemo profecto rationibus in-

uictissimis non audit, nisi qui est penitus irrationalis. At qđ
se facturu3 opere diffidebat uerbis inanib⁹ cōplexus est: quę
si placet excutiamus. Nullum ait imprimis, aliter docere ho
mines debere, q̄ sacrosāctę ecclesię doctores sanctaq3 scriptu
ra docuerit. At quęso quid hoc contra prophetam nostrum
molitur? Si pro illo uerbo aliter aduersu3 intelligit, falso eu3
insimulat crimine: cum quicquid ex eius uel dictis uel scrip
tis colligitur, consonu3 omnino sit diuinę scripturę & sacro
sanctę ecclesie dogmatis: quibus tantum afficitur, ut palam
sępius e pulpito declamitans pręfatus fuerit, si cōtingeret ut
aberraret a catholico dogmate inter loquendum scribendu3
ue, id uti falsum, cum ueritas elusceret, se retractaturū: quic
quidq3 unq̄ dixit, scripsit: & imposterum dicturus scriptu-
rusq3 est, sanctę ecclesię iudicio semper committit. Sin autē
aliter, pro eo accipit quod est uerba proferre aliqua, quę ī di
uinis eloq̄is expresse non sint, & id dānet: dānat pariter om
nes doctores sanctos celebratosq3 tam nouos q̄ ueteres: Qui
licet ad eundem finem respexerint, uariis tamen uerbis uariis
sententiis sua sensa aliis intimarunt scriptisq3 mādarunt. To
tum autem quod criminatur, ad charitatem, quo omnis diui
na scriptura tendit directum est. Quare contra se tuus Samu
el Esaię uaticiniu3 adducit prauis hominibus in hunc modū
cominans, Veh qui dicitis malum bonum, & bonu3 malū:
Veh profecto illis: qui dei prophetas criminibus falsis asper
gunt (ueh inq̄, nisi resipiscant) & instar Iezabel deum irri-
tant: quę ipsius prophetas interfecit, & Heliam sanctissimu3
insectata est. Asserit preterea nouam esse hanc hieronymi do
ctrinam: Nouum prophetandi modum: Qui nouus ideo fō
tasse sibi uidetur aut q̄ eas quę in canone biblię sunt prophe
tias diligenter non pellegerit: Aut ob peruersum affectum re
centibus hisce comparando non intellexerit. Videtur ne tibi
noua doctrina christi? praua desideria extinguenda: uerum
Dei cultum tam intrinsecum q̄ extrinsecum prouehendum:
poenitentiam agendam, & cętera id genus: Quę aut extra-

nea/ aut aduectitia aut noua nemo pōt affirmare: nisi qui christi doctrinam nouam appellaret: Quod fecisse Iudeos Marchus in euangelio testatur. Calumniatur deinde nouam lucē cęlitus missam / uisionem illam pręclaram irridens. Dubitat forte non esse eundem deum tempestate nostra & qui priscos prophetas illuminabat de futuris euentis / ꝯ militantis ecclesię latitantibus mysteriis? An potius ipsum secundum merita nostra & non iuxta suam miesricordiam hominibus gratias impartire? presentemque ecclesiam deseruisse? Quid ergo horrendi offendit / unde tantum inclamitat? Sed ut causā pauoris insinuet / subiungit / uisione ista aut nullam maiorē in canone scripturarum: aut nil depressius / uilius / tenebrosius. Exquisita & pręclara diuisio: quę auctoris dostrinam ī dicet. Cur non credere potuit & maiores esse in canone / & nihilominus hanc ueram fuisse? Potuisset certe si ocularia specilla citrino colore infecta deposuisset: hoc est si tristia phantasmata suggerentia liuorem abegisset: non ne perpendit longe maiora complexos esse qui christum futurum predicarunt? & longe minora nouitios prophetas post cōfirmatū diuinoꝝ eloquioꝝ canonē īsinuasse? qui de uno dūtaxat uel rege uel regno precinerunt. Quapropter diuisionis robur labefactatum agnosce. Magna certe res est ecclesię reformatio ab eo prędicta: Tepidorum pręlia / in quorum consortio eminentem sibi locum Samuel uendicauit: Maumethistę christi cultum suscepturi: Domini gladius ulturus & principum & populoruꝫ scelera. Quid in his predictionibus reprehendit? ut suadeat christianis eas fugiendas tanq̄ cōmenta / tanquaꝫ figmenta poetarum / tanq̄ pestem & mendacia diaboli. An forte credit post confirmatum canonem defuisse prophetas? Longe fallitur: Nam & Antonius auctore Athanasio in eiꝰ uita / & Iohannes monacus auctore Augustino in quinto ꝯ ciuitate dei libro prophetarunt: Franciscum item / Dominicum / aliosque tam mares q̄ foeminas prophetię dono claruis

se memorię proditum est. Cur ergo hunc nostrum abiiciat ꝓ phetā doctrina insignē, uita & morib⁹ probatū? An dei po tentiā ꝓuidētiāq; limitat? Vt quos uelit ꝓphetare non mit tat. Ambigit ne fortasse Deum non impleturum pollicitatio nem eam: quā per Amos uulgauit, Non facturum. s. se uer bum nisi reuelauerit secretū suū ad seruos suos prophetas? An dubitat destructurum populum suum? Quod continge re docet Solomon cū ꝓphetia defecerit. Legere debuerat sa cra ęloquia: & in has ruinas non incidisset: Aut saltem iunio res theologos inspectare: De hoc enim errore fuisset admoni tus: cum semper in dei ecclesia fuisse prophetas semperq; futu ros collegisset. Sed forte hęc omnia concedens diceret se mo dum prophetandi duntaxat reprobare. Age cuncta inuecti uę capita singulatim excutiamus & errorum cateruā offende mus. Audi quid desipiat in primo capite.

¶ Contra primum Capitulum

NOn audiendus est (inquit) qui dicit se probasse au ctoritate scripturam quę uentura sunt, & tamen il la eadem dicit se habuisse aliunde. Ridicula certe ꝓ positio: Sed exsibilandā probationem perpende. De illis enī eisdem inquit quę antiqui prophetę predixerunt, diuersus atque alius spiritus prophetię nullo modo censendus est: & ideo hic propheta meretur ab ecclesia reprobari. Quis hic er ror? ut ex ueritate scripturaꝝ eruerit quispiam futura & po stea eadem aliunde hauriat. Iudicat fieri non posse, ut ab eo deꝫ spiritu, quo illi prophetę futura habuere, habere hic po tuerit nouam reuelationeꝫ: Magna dubio procul hebetudo. Sed quid cōsequentię est, ut ob id sequat̄ diuersos esse ꝓphe tię spiritus. Primā propositionem primo refellamus. Habeo ego cōpertum ex canone fuisse Romam: Aliunde etiā habui: Romę enim sępius fui: Habui ergo ex canone, & aliunde ha bui: & tamen utrunq; ueꝝ. Ad probationem descendamus. Priores prophetę testamenti ueteris christū annūtiarunt: po

steriores ex reuelatione prior de hoc mysterio certiores facti sunt: & postea eisdem ipsis de eodem archano facta est reuelatio. Ergo nō audiēdi? Qđ primā etiā propositionē destruit: ergo diuersus in eis prophetię spiritus? ergo ab ecclesia a qua p tot sęcula sunt probati, nunc Samuelis istius iudicio repbari merentur? Sequit itē iuxta nouū hoc dogma nō audiendā esse Iohānis apocalipsim: Nā ipse iohānes antichristū in ibi futur predicit: & nihilominus idipsū a Daniele predictū fuerat. Ceter quęso respōdeat fuerit ne unus & idem spus ueter illor prophetar: qui uariis tporib⁹ christū futur pcinerunt: An diuersus? Si diuersus, respondeat: aberrat, & qdē pernitiose: & sibi etiā contradicit: Si idē, Pōt ergo idem spūs pluries pluribus rē eādē reuelare: & licet posteriores ī prioribus christi mysteria deprehendissent: nihilominus sibi de re eadē reuelationes factas asseruere. Progredit postea īnuoluens errorē errore: qui certe inexplicabilior q̄ ille Vlysses ab Homero decātatus. Ait enim iniuriā hāc esse sūmi Dei & magnā detractionē diuinę legis, Fateri vz quēpiā se ab ea aliquid accepisse, & tn̄ quasi ipsa nō sufficiat, allatā sibi esse dicere uocē de cęlo: quę maioris fidei testimonio prębeat adiumentū. Attendat quęso, & sua pcipiat deliramenta ut ad orbitā ueritatis tādē redeat. Falso primū illius uerba adducit: Nā nusq̄ illū dixisse aut scripsisse cōperies quę criminatō profert: Sed sibi diuinitus innotuisse testat futuros ī ecclesia euentus: Atqz ī cōtionibus ad ppl̄z sępius dixit, eodē quo est prędıtus lumine, hęc ipsa ī antiquis pphetis significata deprehendisse: Quin īmo ut eius spiritū pręuidendi futura nihil diuersū ab antiquis ostēdat, ait, Quę de uenturis rebus possē simplicibus uerbis proferre nihil ab interpretatione nominum discedēs, qua usi sunt sancti doctores ecclesię, docebo ipsos antiquos pphetas hęc uobis aperire. In ueteri nāqz testamento de nostris etiā uicinisqz tporibus multa predicta sunt: quę inde excerpi nō possūt nisi aut ab eo, qui eodē spu

quo preuisa sūt fuerit illustratus, aut saltē p cōtēplationes altissimas nō nihil ratione etiā duce coniectet. Pleriq3. n. priscorum theologorum, quos spū pphetię uiguisse nō cōstat, de sectis hereticorum multa ī prophetis ueteris testamenti cōtineri scripsere: Scribitq Iohānes Gerson eosdē pphetas de iminēti ecclesię flagello uatinatos. In hāc ergo falsitatis scrobē incidit Samuel, ītelligere nō ualēs, multipharia de scripturis diuinis aliqd erui posse: & id ipm clarius reuelatione diuina cognosci. Nāq Frācīscus, qui & lector & imitator euāgelii fuit, ex illius lectione hausit paupertatē amplectedā, castimoniā sectādā, obedientiā custodiēdā: & tn̄ nō detraxit diuinę legi, quia dixerit hęc iterum sibi dictata diuinitus. Pluriū q̄ sāctorum exēplo Samuelis istius errata refellenda ducerē, ni longior esse nollē ī re nō dubia. Cęterum tanq̄ oblitus eorum quę superiore uersu scripserat, quęrit unde euenerit, ut post futurā renouationē ecclesię, quā ī scripturis hieronymus deprehēderat, aliud ī eius corde lumen ex ortū sit. At quę ista est tarditas? quę sōnulētia? ut nō possit intelligere eundē dei sp3 diuersis modis afflare pphetas: ut nūc p figuras aut externas aut internas: nūc pmentis apicē futura preuideāt: modo uniuersalius, modo particularius & explicatius: Atq etiānū p scripturę ītelligētiā. Addit & illud plane frigidius, ut si prophetet, noua hęc pphetia canonicis addat̄ scriptis. Quę uis cōnexionis istius? Nā multę pphetię extitere post cōfirmatū canonē: quę tn̄ ei nō sunt adiectę. Quid preterea sibi uelint ambages multę, quas ī eodē capite īculcat uix pcipio. Percūctat̄ enim an hęc sit figura non dum complete redemptionis humanę: Subnectitq testamenta diuina nō indigere uno tertio, qđ reuelet archana. Dicat quęso qd p testamētū tertiū ītelligit? Si librū: Respōdeat, paris ī ecclesia auctoritatis cum ueteri & nouo: hoc ipse cōminiscit̄: Quis. n. alius hoc funderet? Si pphetā noua mysteria reuelātē uult intelligi, nō modo cōtra nr̄ę tēpestatis pphetā īuehit̄: Sed ī Antoniū, Bene

dictũ, Franciscuꝫ, Dñicũ, Vincẽtiuꝫ, aliosq̃ ꝑ multos, q̃s memoria prodidit prophetia claruisse, calũniã iactat. Grãde deinde aliquid ac qđ oĩo refelli nõ possit se dicere arbitratus. Asserit Hieronymũ ipsũ altiori modo q̃ Paulus adiisse cõsistoriũ Trinitatis, qa certiori discretione singuloꝝ. Vellẽ ab eo sciscitareris an erat a secretis Pauli cũ ad tertiũ cęlũ raptus fuit: & an sibi archana illa uerba quę nõ licet homini loq̃, palaꝫ fecerit? Si hęc ab eo audiuisse respõderit, fidẽ ei ĩ omnib9 maximã habere poteris: Sin minime. Consule quęso homini, ut ab his nugamentis abstineat: & quę perperam scripsit, ductus poenitentia retractet.

❡ Contra Secundum Capitulum



Rget subinde inter exordia secundi capitis ĩ hunc modũ: prenuntiationẽ futuroꝝ singularem nũper inuentam, si concesserimus esse doctrinam christi, eam maxime, quę non continetur in canone, necesse erit uti qꝫ concedere deesse aliquid ipsi canoni: quod quidem concessisse hereticum est: Nihil eniꝫ addi potest prenuntiationibus ꝓphetaꝝ & conditoribus nouę legis, dicente Christo in Apocalipsi per Iohãnem, siquis apposuerit ad hęc apponet & Deus plagas, quę dictę sunt. Hęc ille, expugnabili se usuꝫ argumento credens, sed quod certe argumẽtatoris manifestet ĩ Scitiã. Cõtineri põt ĩ canone aliquid multipliciter, q̃q̃ nõ expresse & ĩ propria uerboꝝ fõma prolatũ: Sed hoc mittam9 ĩspicientes uiꝫ cõnexionis: Hoc nõ inest huic, ergo ipsi aliq̃d deest: Vndenã didicit hanc argumẽtandi formã? Hoc uerbũ deesse notat debitę perfectionis carentiã: Ergo cũ res aliqua ea habet, quę ad eius essentiã pertinent, deesse sibi aliquid ꝓprie dici nõ põt. Sed si nõ de noĩe cõtrouersia sit, & hoc uerbũ deesse hoc nobis significet, qđ est nõ inesse: cõcesserimusqꝫ etiãnũ cõnexionẽ: Quid postea ex cõsequẽte sibi asciscet? hoc forte respõdebit sibi corrogare, ꝙ vꝫ hereticũ ẽ dicere aliq̃d deesse canoni: replicato meo noĩe male eũ explicare qđ conce

pit: Nam addere hęc uerba debuerat: Quod vȝ ſit neceſſariuȝ hominibus ad animę ſalutē cōſequendā: Quod aūt fulcimen tū ſuis dictis attulit, tale ē, nihil addi pōt prenūtiationibus pphetarū & cōditoribus nouę legis: Hoc iaȝ cōruiſſe oſtendi mus, Cū multi prophetę extiterint poſt confirmatū canonē qui aut utilia ī uniuerſū predixere: aut particularia multa ī gñaliorib⁹ predictionibus latitātia eruerūt ī lucē. Verba itē Apocalipſis perperā adduxit: Gloſa. n. dicta illa ait ob id ꝙ quoſdā ſciebat Iohānes eſſe ī Aſia, qui pro ſuis erroribus fo uendis aliquid adderent uel demerent: Et Nicolaus de lira, qui ſalteȝ hūc preterire accuſatorē nō debuerat, ſic exponit, ſiquis apposuerit ad hoc. ſ. diſcrepātia a ueritate euangelii, ſi cut faciebat Ebion & Cherint⁹ heretici: qui tp̄e illo addebāt aliq̄ diſcrepātia a ueritate euāgelii, & aliq̄ diminuebāt de ei⁹ ueritate dicentes Chriſtū ante Mariā nō fuiſſe: Hęc Nicola⁹ ad uerbū: Quāobrem cauere debuit, ut ſi hieronymū carpe falſo uolebat, ſenſū tñ iohānis nō pucrteret diſtorta expoſiti one: & eos oēs, qui poſt euangeliſtę mortē pphetarūt, uno ictu iugularet: quia vȝ cōtra chriſti preceptū prophetaſſent. Trāſgrediamur ad alia. Nō requirūt pphetię ueteres nouaȝ p expoſitione, ſaltē oēs: Sed et ſi requirāt, Argumētatoris tui cōnexio ridicula eſſet: quia ſubſeq dicit, ut in infinitū abi ret: Quę. n. iſthęc ruditas? Nō neterminarent poſt cōſūma tioneȝ ſeculi? Prophetias. n. tūc ceſſaturas & Paulus docet & ratio cōuincit: Nā inter gratias gratis datas cōputant ad utili tatē militātis eccleſię miniſtratas: quę poſt ſeculi conſumatio neȝ eis nō indigebit: qñ deus erit oīa ī oībus. Inquit preterea nulli maiorem adhibendaȝ fidem q̄ his de quibus nulla ē du bitatio quin prophetę fuerint: quod nemo negat: Sequit po ſtea, īmo nulla aliis (ſiqui poſſunt eſſe) niſi quos conſtiterit diuina reuelatione prophetaſſe: quoſqȝ conſtat ſacroſanctę eccleſię auctoritate probatos: In quibus uerbis noſter cenſor errata multiplicia interſerit: Primo dubitat an poſt cōfirma

tum canonem possint esse prophetę, & quod est sequens, de doctrina canonis & presertiz Pauli dubitare uidetur: qua eli citur, semper in ecclesia usque ad iudicii diem futuros ꝓphe tas: Dubitat itidem de doctrina sanctorum doctorum hoc i, dem insinuantium. Postea dicit nullam prophetis aliis q̃ his qui ecclesię auctoritate probati sunt, fidem prestandam: ex quo sequitur ante q̃ ab ecclesia probati fuissent, recte fecisse eos: qui illis non crediderunt: Ergo bonum fuit Esaię, Za, charię, Hieremię, Amos & reliquis, dum prophetabant, nõ credere: Prophetabant aũt spiritu Dei: Igitur aliquando dei spui nõ fuit credenduz: hoc aũt execrandũ: ergo illud ex quo sequutũ est. Pręterea sequit̃ credendum non fuisse Francisco reuelationes sibi factas asserenti, pariter nec aliis: quos retro ostendimus post cõfirmatũ canonẽ prophetasse. Qđ si respõ deret, se addidisse hęc uerba, Nisi quos constiterit diuina re uelatione prophetasse, ut excluderet & scripturę auctoritatẽ & ecclesię decreta, & miracula ĩprobationem suę prophetię adducta. Replicarem multa hunc hominez laborare ĩ scitia: Nanqz nec Zacharias nec Amos nec Hieremias ullum unq̃ miraculum fecit: Nec ecclesię decreta, nec scripturę auctori, tatem adduxere, ut se a Deo missos ad prophetandum osten derent: Boni tamen eis fidem habebant, ob uitam, ob predi cta, ob diuinę legis obseruãtiã: Mali aduersabãtur, qui sẽp dei seruis tanq̃ sibi molestis, infesti apprime fuerunt. Affert deinde argumentationẽ hanc, nõ ne sp̃s scũs cõdidit canonẽ scripturaꝝ: Sp̃s. s. ergo aliquid pręteriit, qđ ad mores ꝑtine ret. Subtilissimus certe logicus, tantarumque uiriũ connexio nem attulit, ut se ipsam nullo etiam resistente dissipet: Qui fieri potest ut ignoret, ꝙ tam & si spiritus. s. canonez diuino rum eloquiorum eius scriptoribus inspirauerit, nihilque unq̃ eum latere potuerit, sed nec latere possit: Nihilominus eum distribuere unicuiqz gratias prout uult: quemadmoduz docet Apostolus: Alterum insigne delirium aduertamus.

Dubitauit retro an prophetę aliqui post confirmatum cano
neꝫ extiterint: & fere statim quasi priorum oblitus ait, fieri
posse, ut tanta quis mentis eleuatione pręmineat, ut eousqꝫ
ductus sit ꝙ etiam possit particulariter singuloruꝫ merita ꝑ
spicere: quod non solum his, quę paulo ante contradixerat,
aduersatur: sed his etiam quibus supra usus fuerat, cum uel
hoc argumento hieronymi uisionem improbabat, quia di-
scretione singulorꝫ certiori futura pręuiderat, q̃ paulus prę
uidisset: Nunc autem multos in prophetia Paulo pręponit:
quod ita monstrabo. Quęro ab eo quid sit maius: an merita
singuloruꝫ posse perspicere: An cernere quę scribit hierony
mus se uidisse? Maius certe primuꝫ respondebit: sed hierony
mi uisioneꝫ Pauli uisioni pręfert: ergo necesse est ut hanc de
singulorum meritis etiam anteponat: ut pote quę sit eminen
tior: Tũc ita illum ex propriis eius dictis urgebo: Incōgruũ
sibi non uidetur posse aliquem superare Paulum uisione: &
dubitat nouos prophetas esse posse. At postq̃ ex concessis ab
eo in ipsum sumus argumentati, perpendamus nunc quan-
tum in se certitudinis contineant quę ille proconfesso protu
lit, posse vꝫ quępiam tanta mentis eleuatione pręminere, ut
singulorum merita perspicere ualeat. Merita in charitate fũ
dantur, Quorꝫ est radix uti est theologoruꝫ consensus: cha
ritas a deo īmediate (ut aiũt) infũdit̃ aīę: Illabi aīę intellectus
hominis non potest: sed nec angelus: ut docet thomas & ple
riqꝫ theologorum. Quomodo igitur homo quantacunqꝫ ele
uatione mentis pręmineat, merita singulorꝫ particulariter ꝑ
spiciet? Sed alia quę restant percurramus. Postq̃ narrauit fie
ri posse ut aliquis certitudinaliter uentura enuntiaret, sub-
nexuit. Iste itaqꝫ talis num tuta conscientia diceret, audiui
noua uerba de cęlo, altera ab his, quę continentur in canone.
Non dixit hoc paulus nec quisq̃ prophetarum. Stupendum
argumentum, & quod ęqualis sit roboris cuꝫ prioribus. Nō
ne cognoscit nihil sibi propositiones hasce cohęrere, & se

etiã dubitare de assumpto luce profecto clariore? Nam siquis de cęlo singulorũ hominuз merita preuideret/quid causę est/ ut dicere nequiret/hausi de cęlo aliqua/ quę in canone diui/ norum eloquiorum non sunt perscripta? An forte in eo sin/ gula mortalium merita effigiata sunt? Quid ergo hallucinat͂ se ipsum inuoluens? Minime ꝙ uerum est/quod deinde cõ/ tendit/Paulum vз significasse se exprimere per scripturã suã/ quę altera continebat: Nanqз archana uerba audiuisse profi tetur:quę homini loqui non licet: Nihil autem in scriptura est/quod sit uetitum homini loqui: Prętere in suis epistolis multa describit/quę prius scripta in canone non fuerunt/ ut est manifestissimum. Postremo coarguit prophetam nostrũ dicentẽ sibi de cęlo allata uerba:quę de diuinis codicibus sũp ta non essent: Atqз ob id colligit/uelle eum suorum uerbo/ rum sententiam esse a scripturarum sanctarum sententia di/ sparatam. Similis connexio cunctis aliis retro allatis:quaruз proprium est nihil habere uirium. Sed quęso attende si con sequens quod ab surdũ reputat/non secus docti homines me tirentur/ dãnandus esset Franciscus:qui christum in ecclesia sancti Damiani sibi dixisse rettulit Francisce Francisce uade repara domuз meam quę labitur: Sunt ne hęc uerba in scrip tura diuina? nequaꝗ̃: Mẽtitus ergo Franciscus sanctissimus? Absit ut credamus. Igitur hęc persuasio falsa ꝗ.s. non pos/ sint cęlitus afferri hominibus uerba quę in canone non habe antur. Sed tã nimis multa super hoc capite. Ad ea nunc quę particulariter se tractaturuз Samuel promittit descendamꝰ.

¶ Contra capitulum tertium.


Nsigne aliquid se molitum credens/ nulli ait licere rerum sensataruз species sibi sponte assũmere/ ut ꝓ phetet. At nemo hoc ipsuз negat:nemo etiam ex ad uerso tentauit:Nullus enim nisi mentis emotę crederet ex si/ mulachris reruз corporearũ/ ad propheticum acquirendũ lu men posse conscendi:Neqз eniз id fecit ꝓpheta noster:quaꝗ̃

ex contextis illis corollis significata sibi multa scripsit: ut est uidere in suarum reuelationum compendio. Quid igitur est cõsequentię, ut ipsa eadem sibi desumpserit ut prophetaret? Tuꝫ illud adiicit patere ex hoc nõ esse quęrẽda alia significata repręsentantia per species, preter ea, ad quę significanda naturaliter ordinantur: nisi aut per sacram scripturam mens ipsa dirigatur, aut ui intrinseca spiritus sancti per mota stimuletur. Quid hoc contra prophetaꝫ? Probareꝫ debuisset Samuel hoc non licere, aut scripturę testimonio, aut illis inuictis rationibus, quas in pręfatione pollicebatur. Sed nec id satis esset, quandoquidem monstrare oporteret non esse illũ uel a diuinis eloquiis, uel ab interna spiritus sancti inspiratione stimulatum: & nihilominus nullum ad ea ostendenda uerbum facit. Deinde tanq̃ excõi prophetantiuꝫ conditione docere cupiens, hieronymũ pseudo prophetam esse, inquit euꝫ qui prophetaturus est, etiam si malus sit, non parere ĩ cęteros prophetas dissidium in edenda prophetia. Primuꝫ aberrat, quia uerus propheta Micheas contradixit falsis prophetis, ut ex tertio libro regũ habetur: Qui si dicat per cęteros prophetas intelligo bonos, non minus falsus est: nam grex illoꝝ prophetaꝝ maloꝝ dissidiũ habuit cũ Michea uero propheta. At si concederemus quod ambit, quid colligeret? Nã ipse hieronymꝰ suas reuelationes habuisse dicit aut ꝑ species ĩtelligibiles, aut per uisiones imaginarias, aut per reꝝ sensataꝝ notas corporis oculis delatas: Quę omnia ueteribus prophetis comunia sunt. Quid ergo hallucinatur? nouũ hoc esse doctrinę genus spargens, & ob id uiꝝ innocentẽ & ꝓbũ, seductorẽ nuncupans: cuius officium ĩ magnũ est ecclesię emolumentũ. Nouisset utinã quos fructus illius opera ĩ pp̃lis peperere: Dulces illis eius aquę, sed nõ furtiuę: quẽadmodũ falso criminator insimulat: cui amarę profecto uidentur: nã si dulces omnibus apparerent, non tot inimicos contradictoresq; procreassent. Sed miꝝ ne hoc? Neqꝫ eniꝫ dulcia pocula

palato bili rubra infecto sapiunt: qñquidem amara reddun tur ob infectionem humoris externi. Repetit preterea (ferre non potens allata hieronymo de celo uerba que in canone p scripta non sunt) non nulla pari inconsyderatione / qua prio ra prolata: Inter que illud affert elogiũ / nil dictum quin sit dictum prius. Atqui supra ostendimus magna eu3 hebetudi ne deceptũ dãnasse oms prophetas qui post confirmatũ cano nẽ futura peruiderunt: Nunc etiam perperã uulgatam hanc sententiã attulisse ipm / palam fiet: Neque enim semper uera neque ad homines relata. Ve℞ ex propriis erga criminatore3 istum argumentabimur. Dictũ Francisco fuit / Francisce ua de / repara domũ meã: que labitur: num ab aliquo prius hec uerba dicta? Nũ in sacris libris exarata? In quibus nunq̃ frã cisci nomen reperitur. Et quia tutari propriã opinionem cre didit / ueritus tamen ne Pauli apli sententia / qua reuelata ar chana uerba docuit / sibi officeret / insimulat Paulum archa / na illa uerba / que homini loqui non liceret / nihilominus re uelasse: Quod equidem apostolo iniuriosum est. Potuit ipse fortassis aliqua etiam de celo hausisse: que loqui liceret: & ẽt reuelarit Dyonisio / Timotheo / Tito & discipulis reliquis: si hoc modo tutari Origenis dogma uelimus: quo male percep to permotus Samuel in hunc errorem incidit / ut crederet pau lũ archana uerba reuelasse. Falsũ id quidem (ut ex Augusti / no colligit) atq3 etia3 ex Athanasio: qui locum illum aposto li p tractans ait manifestum esse ex illis uerbis Apocalypsim eam / que nomine pauli uulgabatur / falso fuisse hoc nomine inscripta3: quia. s. narrari non poterant que ille preuiderat: Et paulopost inquit / in paradysum arripitur / quia in diuini tatis archanis & in mysticis rebus uersatus est: Quas / quia in cognite sunt & inexplicabiles / nisi quis mortale3 hanc & ab iecta3 conditionem excesserit / assequi cognitione non poterit. Vide etiam interlinealem: uide marginalem glossam: Vide Nicolaum: & percipies Samuelem nostrũ sensum Pauli per /

uertisse: Conueniunt enim non potuisse, quę Paulus uidit archana, uerbis explicari. Longum esset per singula discurrere: Si capita duntaxat truncauerim, satis mihi fecisse putauero. Futurum quoque opinor non deesse aliquos: qui ĩ hãc inuectiuam Samuelis totis uiribus arietent: Quapropter aliquid muri q̃q̃ debilissimi eorum ictibus relinquendum.

¶ Contra quartum Capitulum

INter quarti capitis initia curiose suscitatur, Comites illas propheta noster quomodo uiderit? Sui ne causa fuerint, an aliorum? Hanc ego sibi dubitationem exsoluens, & sui & aliorum gratia fuisse respondeo. Nã cum illę uirtutem Fidei, orationis, patientię, humilitatis significarent, effectum est ut earum ueluti simulachris ꝓpheta cognosceret se illis comitibus ad hunc gradum conscendisse, & nos eius exemplo ad uirtutes copiose possidendas animaremur. Iste uero criminator post curiosam percunctationem quasi oblitus prioris diuisionis a se propositę alterum ipsius membrum duntaxat prosequitur: & hac connexione cęteris suis simili utitur. Enigmaticę uirtus orationis, ei, qui iam ante prophetauerat, ostendebatur: quasi alicui inesset prophetia, & nesciret, quę uis orationis esset. Patientię, Simplicitatis & fidei: Ergo post prophetiam de fide fidelis est dubius, aut inscius: Aut ob prophetiã in intellectu fit nubilus. Mirabilis prophecto doctrina: fortis argumentatio, quę nec bimulo infãti persuaderet. Quę isthęc rogo cohęrẽtia? ut quispiam prophetarum orationis, Fidei, patientięq; uirtuteʒ clarius q̃ antea cognouerit, & ob hoc sequatur eum de fide dubitare. An ignorat posse in hominibus uirtutum habitus intendi? An est inscius illum in euangelio, quem christus interrogauit an crederet, respondisse, credo domine: adiuua ĩ credulitatem meam? Latet ne eum apostolos post firmam fidem rogasse dominũ, ut eam sibi adaugeret. At inquiet enigmatica uisio non potest firmare, quod alia uia iaʒ firmatũ ẽ.

Ipsum ne preterit q̃ prosint prophetis spectra simulachraue adfirmandum mentis habitum? Quandoquidem prophetię lumen mentem collustrat & firmat munimine inexpugnabili: Aliud eniꝫ uel oculis uel imaginationi prępositur: Aliud mens ipsa diuino spiritu edocta cognoscit: Unde illud Danielis uulgatum / Intelligentia opus est in uisione. Falsa & illa connexio / qua corrogare sibi credebat / Hieronymum de fide ambigere: Nam id non ideo q̃ dubitaret ei contigit: sed ut nosceret quibus mediis ad eum finem peruenisset: easq; uirtutes arctius tanq̃ pretiosissimas mentis superlectiles custodiret. Fuit item necessitas / ut hęc propalaret: Quandoquidem pręcipienti deo parere necesse est: Fuit utilitas ut nobis liqueret ad quem gradum uirtutes illę dei seruos perducerent. Imitabile fuit non (ut falso imaginatur Samuel) inutile: siquidē perfecta doctrina taꝫ intelligentibus q̃ rudibus porrigitur: Illi enim firmantur / ut intētius credant / fide / patientia / oratione / humilitate opus esse ad impetrandū diuina dona: Hi edocentur non esse irridenda prophetarū uisa: quę quādoq; imperitos (quibus minime notum quomodo contingant) offendunt. Tacuisset propheta noster instar illius / qui ait / secretum meum mihi / secretum meum mihi: nisi dei preceptū ob ecclesię utilitatem eum / post plures annos silentio peractos / loqui coegisset: Q̃s q̃ incongruum non est ob publicuꝫ fidelium emolumentum ut prophetę absq; spāli etiaꝫ dei mādato habitas reuelatiōes manifestēt. Scribit Athanasius Pauli epistolas enarrans / Apostolum necessitate compulsum de suo captu uerba fecisse: Cum tamen multos annos illos / quibus scribebat / cęlauisset / sibi unq̃ talia contigisse / ut vꝫ ad cęluꝫ raperetur cęlum / & quę non liceret homini loqui / archana uerba perciperet.

¶ Contra capitulum quintum.


T nequid telorum relinquat Samuel / quod in uirum innocentem non intorqueat / ubiq; quęrit quo criminetur: & de ipso etiam loquendi modo calūniam

sarcit: Sed quid pensi illius habeant uerba examinemus. Cuꝫ propheta noster se in uisione a Ioseph / cui uirgo desponsata fuerat / salutatum asseueraret his uerbis / dominus uobiscum obiicit accusator egregius / nu͞q se legisse uel presbiterum uel Dyaconum fuisse Ioseph: & ꝙ nemo nisi sacerdos uel dyaconus sic affatur populum & compellar ecclesiam. Res certe risu digna / quasi Ioseph per imaginariam uisionem monstratus eos seruare ritus debeat: qui nunc in militanti ecclesia cōstituitur: quasi cęlestis incola moribus humanis addictus sit quasi cum hieronymum alloquebatur populum affaretur & compellaret ecclesiam: uel sacrę paginę ignarus hic Samuel non legerit in libro Ruth. secundo capitulo Booz eisdeꝫ uerbis messores suos salutasse. Pari quoq; inconsideratione fert̄ cum ait ob id quia cęli hostium sibi Ioseph aperuisse hieronymus scribit / petrum regno paradisi pulsuꝫ exulare rhodi debere / aut dormire: illumq; reclusis adytis cortinaꝫ occultare. Congruum fuit Ioseph cęli hostiuꝫ reserasse. At Samuel forte imaginatur ipsum apostolorum principē quasi arcis obsesse ianitorē ferreis clauibus pro paradisi foribus accubare. Et ideo miratus est Ioseph officio aperiendi cęlum functuꝫ fuisse. Petrus regni cęlorum claues accepit / ut quodcunq; ligaret solueret ue super terram esset ligatum & solutum in cęlis / eo modo quo theologi sacratissimiq; euangelii interpretes declarant. Sed ut unde sumus digressi reuertamur / congruum in͞q fuit / ut cum Ioseph in patronum pro adeunda salutandaq; uirgine noster propheta sibi asciuisset / sicut in terris immaculatę uirginis custos fuerat: ita in cęlo positus ei qui uirginem adire & fide & multiphariis uirtutibus procurabat / & aditum prębe ret & adiumentum. Plura alia in ipso capite tumultuanter fundit: quia aut non potest aut minime uult intelligere quomodo per rerum corporearum simulacra de futuris euentis prophete certiores reddantur / & etiam quę corporea non sunt / intelligant. Defendi quippe multis modis

a calumnia possunt & coronę illę & paradisus & uerba / si p singlos prophetandi modos discurrere uoluerim⁹: sed illum duntaxat tangemus qui Samuelem plurimum angit: imaginariam scilicet uisionem: sic enim instat / si imaginaria uisio fuit / ergo in paradiso non eras: quoniam paradysus est clara uisio diuina nullis enygmatibus adumbrata. Respondeo cōnexionem hanc nihil habere glutinis: quia tā & si fuerit imaginaria uisio / in paradyso nichilominus erat: quandoquidē etiam paradysus erat imaginaria: per quam uera paradysus prophetię lumine pręsentabatur. Ioannes uidit sanctam nouam hierusalem descendere de cęlo: hec autem paradysus ē: paradysus igitur de cęlo descendit uidit ergo Ioannes paradysum imaginariam: idem uidit cęlestem ciuitatem similem uitro mūdo: sunt ne ī paradyso hęc? Minime: mendax ergo Ioannes? Procul hoc a christiani hominis cogitatu. Quid igitur? per illas rerum sensibilium species ea Ioanni indicabantur / quę contueri modo alio sibi non dabatur. Ad hāc itaq; normam metienda erat nostri prophetę uisio pulcherrima. Nec mediocris illa siue arrogantia siue indiligentia / quę criminatorē hunc (ut catonis uerbis utar) transuersum trusit: cum inuehendi & uisionem hanc labefactandi gratia scripsit in hunc modum. Percurre uniuersā scripturam sacrā / & nullibi inuenies paradysum dici quicq̄ proprie / nisi aut claram uisionē diuinam / aut locum delitiarum / quem plantauerat deus ab initio: aberrat primum / cum hieronymo falso īponit eum hoc uerbo proprie in nūcupando paradyso usum: dein de negatiuam illam propositionem tanq̄ ueram & receptam posuit: quę falsa nihilominus est: namq; Ioannes in apocalypsi paradysum pro ecclesia nominat: nec mea hęc expositio: sed inter linearis glose: quę latere non debuerat eum: qui uniuerse scripturę sacrę ītelligentiam sibi uendicare uidetur qn̄ & Augustinus duodecimo super genesi; ad litteram eam pro ecclesia & xpo sinu abrae accipi posse declarat.

¶ Contra sextum Capitulum


AEterum monstraturus aliq̄n se Augustini uolumina legisse, hanc ex duodecimo libro super Genesiз ad litterā ipsius sententiā assūmit. Cū spiritualis uisio, penitus abalienata a sensibus corporis aīa imaginibus corporaliū detinet̄, siue in sōnis siue ī extasi: si nihil significant quę uident̄, ipsius animę sunt imaginationes. Quorsuз migrat hęc phalarica, quā totis uiribus ī hosteз contorquet? eo profecto, ut quo tendit, cuз peruenerit, sua luce tenebras torquentis ostendat. Istā ergo ꝓpositionē ut uerā & indubiā Augustino relinquamus: Quid subsūmat argumentator in spectemus. Nihil inquit significare intelligenduз est, si proprie ea repręsentāt, quoꝝ sunt naturales similitudines: ut ab eodeз Augustino colligit̄: qđ in tua uisione constat apertissime cōtigisse: quo dicto tanq̄ de hoste debellato triūphaturus ouans & lętus incedit. Quęso parūper sistat gradū: ut aduertat se nō in capitoliū equis albis adduci: Sed tanq̄ de republica male meritus eis, quos pręterisse crediderat, laqueis irretiri. Exponat nobis undenā collegit ex Augustino, ꝙ nihil significare sit naturaliter significare: Hoc nusq̄ Augustinus. Deinde etiā si illi cōcessero gratis, ut id ex Augustino colligat̄, exponat postea quo pacto illa sentētia debeat intelligi: & ī quo numero, quęsitoꝝ ne an īuentoꝝ reponenda? Scribit. n. ipsemet Augustin⁹ ī libro secūdo retractationū plura fuisse ī illo opere quęsita q̄ inuēta & ex inuētis pauciora firmata. Vide q̄ incertę istius hoīs argumentationes: Quę etiā si totū id sibi concedat̄ qđ petit, nihil tñ probant. Sed liberalius secū agam, nolens ei plusq̄ sui ferre possint humeri pondus iniicere: q̄q̄ eos consulere prius debuit (iuxta poetaз) qđ ferre ualerent quid ue recusarent. Sed sit Augustini propositio illa: sit đ numero inuētoꝝ: quid officit? Simulachra. n. illa cordium (ut breuibus ista figmenta exterminemus) non proprie corda uera indicabant: Quod perperam credit Samuel noster: Et ideo proprie ea non repręsentabant, quorū

erant simulachra siue similitudines naturales: Sed mēte / sed amorē significabāt ī deū tendentē: q̄q̄ & mens & amor tralatitio uocabulo ꝓ corde sępius & in sacris litteris & alibi accipiat̄. Pręterea taʒ & si gratis ei cōdonarē ut naturaliter aliquid indicarent: Nihilominus ibi significationis termin⁹ ponendus nō fuit: Q̄nquidē primaria significatio ex parte finis & sincera mens & pius affectus fuerat. Ita & reliqua simulachra nō illas res / quaꝝ erāt imagines / sed actus & oꝑationes pueroꝝ uiroꝝq; pręnotabant. Et honori igit̄ suo cōsulere Samuel debuerat & tp̄ri / atq; etiam periturę parcere chartę.

¶ Contra capitulum Septimum


N septimo uero capite probare cupiens hieronymū ipsū fuisse mentitū / hac ratione utit̄ / Scribit hieronymus Ioseph reclusisse portā postq̄ ī eam fuit introduct⁹: ergo cū ibi nō sit pessuli nō potuit recludere. Mlta me docet: quę nō dū didicerā: Sed & ego ut benificiū rependerē / hunc aliquid docerē / ni uererer eū me pacato aīo nō audituꝝ: Sed tu meo noīe hoc fungi poteris officio. Qui fieri pōt ut nō intelligat imaginarie (ut alios mittā defendēdi modos) sibi cuncta potuisse accidere? ut se vʒ introductū aperta porta / q̄ postea clauderet̄ / uisione ipsa nosceret: & inde latitātis alicuius mysterii significantiā agnosceret: Sed q̄uo huius rei capax est? qui nō dū quiuit capere q̄uo obueniat / ut hō se ipsuʒ uideat: Id. n. hieronymo ueluti probrum obiicit / sicut & hostii apertioneʒ: In qua se oīo rudē & sacraꝝ litteraꝝ expartem ostendit: Nāq; si eius de hac re argumentatio potens esset uiriū / Ioāneʒ euangelistā acriter īcesseret: Qui capite quarto sue Apocalypsis ī cęlo hostiū apertū se uidisse scribit: Queʒ locum Nicolaus de lira pertractans inquit: Sic enim uidebat imaginarie ac si cęli hostiuʒ aperiretur. Et certe doctorē hūc cōniuis oculis pręterire non debuerat: Qui se amice & ut decebat fratrem amonuisset. Inepte postea & inconcinne / nec minus false imponit hieronymo / ꝙ sibi soli prophetiā arroget.

Nusq̃ de hoc ille uerbum: Sed qua est modestia, de ueris prophetis semper honorificentissime locutus est. Sed uide quo argumẽto ductus id ei imputet. Q̃m. s. post ipsum hostiu3 clauditur. Alia postea nugamẽta fundit. Quę recensere superfluum: cũ iam reiecta sint: Non nulla tñ tangemus, ut id factũ aperiamus, paradysum v3 esse non posse, ubi est uisio imaginaria: Quã rem nulli alii officere q̃ ipsi, retro scripsimus: cũ imaginaria paradysus uisioni imaginarię probe respondeat. Christum non nisi ꝑ Petrum aperire: cui obiectioni responsum est: cum congruum fuisse ostendimus. Ioseph ope (quę nec Petrum nec alium sanctoꝝ q̃to magis christũ non excludit) ad salutandã uirgine3 prophetam nostrum introductũ fuisse. Hęc & similia sępe repetit: & gratis sibi hunc laborem desũmit, ne forte nihil dixisse uideatur: Q̃z q̃ si malum & nihil cõuertuntur, nihil penitus cogitauit: & si minus q̃ nihil potest inueniri, minus etiam scripsit.

¶ Contra Capitulum octauum.

IN octaui capitis exordio damnat salutationem puerorum & interrogationem sanctorum tanquam nõ intelligens quomodo in imaginaria uisione contingat, ut qui sunt corporibus uere exuti appareant interrogare, disputare, docere, admirari: quibus uisiones, quę in sacris litteris descripte sunt, plenas esse nemo fere est qui nesciat. Nec aliud in eo capite molitur, nisi ut imaginariam uisionem destruat: cum quę corporea sunt, quę item incorporea sub imagine uaria prophetis apparere non cogitet. Mala certe hęc tempora nostra, de quibus ille conqueritur: Quę eum aduersus christi seruum laxare os impune permittunt. Ausus ẽ insimulare hoĩe3 innocentissimũ: Latrocinat̃ & falso ꝑphetã uoluisse nũcupari: Sed audi q̃ argumẽto id cõiectauerit.

Semel inquit loquitur deus: & id ipsũ secundo non repetit (ut ẽ scriptũ ĩ libro Iob) qđ si ergo nõ repetit, quia sufficit una reuelatio scripturarum, qd iste tam multipliciter se significat nouũ baiulum diuinorum secretorum. Iudiciũ de hoc hoĩe tibi ferendum relinquo: Qui nõ solũ uiuentẽ hoĩem carpit: Sed in cunctos fere prophetas tã ueteris q̃ noui testamẽti fert sententiã: Vix .n. reperies aliquẽ ex ultimis prophetis testamenti ueteris: q que priores dixere prophete nõ repetierit: & nihilominus de us per os illorum loquebatur, iuxta illud symboli, q loquutus ẽ p prophetas. Christũ igitur uenturum tot prophete precinuerũt Et eorum aliqui per multa annorum curricula posteriores aliis fue re. Quare necesse est ultimos repetiuisse id, quod primi eadẽ pollentes gratia iam dixerant. Daniel de Antichristi aduen tu prophetauit. Id ipsum fecit Ioannes (ut supra tetigimus) alter in nouo, alter ĩ ueteri testamento. Quo circa erubescere debuit non solum dicta Iob peruertere: sed & oĩs prophetas uno uerbo lancinare.

¶ Contra capitulum Nonum.

SEd parum erat mõstrasse se diuinarum litterarum rudẽ, ni si etiã dialectice se peĩtus ex partẽ ostenderet. Petie rat propheta noster post spiritales gratias florenti nis donãdas, ut etiã diuitiis abundarent: Petierat iterum ut eisdem diuitiis non afficerentur, nisi q̃tum uite corpora lis necessitas exigeret. Reputat noster obiurgator hec duo si bi inuicem contradicere, abundare .s. diuitiis & eis non affici. Abrahã abundauit diuitiis, quibus tñ non afficiebatur: hoc ipsum seruatũ a pluribus, qui in ueteri testamento scripti sũt, patribus: Custoditũq; a plerisq; põtificibus, a plerisq; prin cipibus, presertim a Ludouico galliarum rege ditissimo, q ob ĩnocue uite merita: ĩ scõrum numerum & celestis prime ciues rela tus est. Possunt ergo eidẽ hec duo ĩ esse. Sed iam deseramus ex empla. Abundare aliquẽ re quapiã & eidem nõ esse affectũ im pertinentia sunt: que tñ & noster logicus appellauit cõtradic toria: Põt .n. qui abundat diuitiis eis affici: Põt itẽ nõ affici:

Et pōt qui diuitiis afficit̄ eis abundare, & etiā nū pōt nō abū dare. Male profecto prima dialetices didicit rudimenta: Inter quę illud est unū, cōtradictoria se pati nō posse cū alternis īuicē destruāt̄. Rursus ecce aliū eius errorē: Vide inquit q̄uo sunt cōtraria abundare diuitiis & nō abundare diuitiis: Hęc aūt cōtradictoria sunt nō cōtraria, ut fingit ipse. Et certe pudet me tā manifestis erratis īsistere. Consulat oro Aristotelē, & etiā neotericos dialeticos, ne amplius impertinentia pro cō tradictoriis, & p cōtradictoriis cōtraria sūmat. Priusq̄ dispu tandi modū discat, q̄ audeat uiris doctis cōtradicere. Deinde ex erroribus, q̄s ī dialectica incurrerat ī theologia iterꝝ peccat. Ait. n. īperia nō cōducere ad diuinas gratias diffundendas: quasi gladium non portent reges, ad uindictam maloꝝ, laudem uero bonoꝝ (ut scriptum est) quasi principum nutu a plerisq̄ maloꝝ nō abstineant populi, & ad capessendas uirtutes non incitentur. Cohercere prauoꝝ animos, bonoꝝ pro uehere mirꝝ in modum facit ad diuinam grāꝫ promerendam: Quod adeo it inficias Samuel, ut etiam protulerit potestatē terrenā nō modo nō auferre posse d̄ cordibꝰ hoīuꝫ Superbiā, Auaritiā, Luxuriā & q̄. id genus similia: Sed nec arcere, nec suadere arcenda. Qđ si ciuilium legū imperitus sceleratis hominibus decretas pęnas non uiderit: Salteꝫ poetas exclamare cōtra uitia, & legem Iuliam desiderare, non legerit? Qui tñ se studiosum eoꝝ demōstrat, plures uersus affectans, remoti oraq̄ uocabula disquirens: Quę tanto magis inuectiuā illam dedecent, q̄to magis barbaroꝝ uocabuloꝝ caterua interloquendum utitur, Barbarismos & Solęcismos spargit: Sed id ei non ambio imputare, cum ob alia, tum quia librarioꝝ uitio potuit accidere. Mitto q̄ Helleboꝝ sūpsisse Hieronymū affirmat, qm̄ oblitus sit (forte ut medicinę se candidatum ostentet) quod si sumpsisset Samuel, īuectiuaꝫ fortasse suā nō scripsisset: suam inq̄, non tā q̄ meditatus fuerit chartisq̄ mādauerit, q̄ q̄ in se ipm lōge magis inuehit q̄ ī hieronymuꝫ.

Mitto hebetudinis exaggerationez: qua penetrare nõ potuit ut intelligeret, Q̃ño uerba ĩ imaginaria uisione prolata possint audiri: Criminaturq́ hieronymũ dicentem Virginẽ celi reginam uerba non nulla protulisse latine atq́ grãmatice: quasi hoc fieri non potuerit: & tribus etiã nel quattuõ modis q̃ño fieri nõ possit ostendit: quasi Ioannẽ uariis ĩ locis Apocalypsis non legerit scribentem se uoces audiuisse de celo. Bene esset ut etiã aduersus Ioannem sic argumẽtaret, quẽadmodum contra hieronymũ facit: Quero abste inquit utrum auribus cõporis audiebas, aut certe mẽtalib⁹: Si auribus cõporis & etiã ĩ aure celestiũ ꝓlata sũt, ꝓculdubio eras corporaliter ĩ celo: Q̃d iam diximus impossibile. Quid dein addat attende: Quare inquit quod ĩmediate post uirgo loquuta sit cõstat esse cõmentum: quia loqutio mentalis eadem est pariter ĩ omnibus si logice sapis: Inter maternam. n. grãmaticãq; linguã cum dementis loqutione agit, nulla discretio est. Hec ille: ĩ quibus uerbis ruditatẽ eximiam patefacit: Nam tam & si conceptus hominum diuersaꝝ linguaꝝ a rebus ipsis sumpti non differant: conceptus tñ uocum res ipsas significantiuz, appri me differũt: diuersosq; eos esse sicuti & diuerse sunt uoces nemo nisi rationis exꝑs ambigeret. Vide qui de scientia seculari se iactat, & hieronymum reprehendit inscitie q̃tum ipse in ea profecerit. Cesset obsecro tam ab arroganda imprudentia & ignorantie nota in uiꝝ prophetam, q̃ ab insimulanda malitia: Neq;. n. ille minus doctus q̃ probus. Qui priusq̃ sacro predicatoꝝ fratrum collegio se addixisset, inter prophetie cultores insignis ob ingenium & doctrinam habebatur: q̃tumq; postea de litteris etiam sit meritus indicant ipsius in omni prophetia scriptiones: & inconcionibus ad populũ crebérrime ex archanis prophetie deprõpte rationes: Aliaq; uolumina, que recensere in presentia non est consilium. Demũ improbat illum tanq̃ nulla signa in sue prophetie ueritate ꝓbanda mõstrauerit: Sed hec semper necessaria nõ sunt ĩ arro-

ganda prophetis fide: Alioqn nec Amos nec Zacharias / nec pleriq3 propheta℞ / a quibus nulla miracula ꝑpetrata legunẗ digni erãt / quibus fides haberet: Sed & ipse Ioãnes baptista plusq̃ propheta nullum signum fecit. Non pertinent igitur ad prophetię ueritate3 probandã signa & miracula necessario Qꝫq̃ a plerisq3 propheta℞ multa miracula patrata sunt: At q3 ẽt per hũc hoie3 signa euidentia Deus ostendit. Vellem & uidisset qđ uidi / & a multis ẽt uisum est: & audisset quę a dignissimis fide hominibus intellexi. Hoc quod pala3 conspicitur indicat eum ue℞ christi seruu3 ue℞q3 prophetam: Adhęrent boni doctrinę illius / uel minime repugnant: Aduersantur mali: In hoc christo conformis: qui uenit mittere igne3 & gladium ĩ terra. Nullum autem dissidium inter confratres factum / ut obiicit / sed reuocati ad pristinu3 institutum sunt: Sed nihil unq̃ / quod pensi habeat uir hic que3 defendimus / nisi duce oratione / nisi comite ratione perpetrauit. Quos effectus peperit illius uita / mores & doctrina? Robur & firmitatem fidei / quę in multis extincta fuit: Fęnebris pecunię incredibilem in urbe florentia aliisque etiam in locis restitutionem: Christi cultus feruorem: Aliaque per multa ob quę calumniam passus est & probra pertulit / lętus & hilaris: ut pote memor illius dominici promissi beatos esse testantis qui persequutionem propter iustitiam patiuntur.

¶ Contra capitulum Decimum.



CAeterum ne omnino frusta laborem hunc calumniandi sibi desumpsisse Samuel uideretur / de prophetę nostri scala non parum multa obloquitur: quę eo tendunt / quo prius confutata illius obiectamenta uergebant. At in primis ut certiores nos redderet se aliquando Aristotelis libros olfatasse nullo proposito quę de Athlãte secundo cęli libro refert / suis nugis intexit: ut fabella illa uetus recenti suę fabulę congruentius quadret: Deinde ĩ maledicta ꝓrũpens multa spargit: q̃ recẽsere suꝑuacaneũ nimis.

Ait inter alia / Qũo igitur grauabat te illa species cõporis ut sine interpositione scalę nequires ascendere? Nescit hic censõ strenuus ita spẽ corporis imaginariã dici / sicut & scala & ascensus imaginariuis dicit̃: nec ob id ullũ inconueniens seq̃: Immo ex pluribus modis / quibus suę uisiones interp̃tari possunt / hic unus est facillim⁹ omniũ: & qui cunctos scrupulos de mẽtibus ambigentiũ extrudat: si modo nõ liuore / sed pio instinctu talia quęrant̃. Potuissẽ ul' hac unica ratione multa inuectiuę capita cõminuere: uer℞ placuit aliq̃to fusius scribere q̃ erat oĩo necessariũ / ne deesse modos plures & ueritatis defendendę & falsitatis impugnãdę crederes. Ver℞ qđ magnopere ridiculũ est / qđ de hieronymo negat / sibi attribuere arroganter uidetur. Ait. n. sum mihi conscius & certa scientia didici nõ esse tui solius hoc donũ: Multis. n. collata sunt hęc ut vz & speculent̃ cęlestia / & carne obtẽperãte spiritui uideãtur iam sibi cęlos ĩcolere. De q̊ aũt uiuentiũ certã sciẽtiã nisi de se habere potuisset. Sed forte ne se prophetã constituat / cũ alios oẽs / qui post cõfirmatũ canonẽ extitere / prophetas exsibilauerit / subdit / Prophetę tñ non sunt / licet pasti iugiter spiritu prophetię solis cęlestibus oblectent̃: Qđ manifestam claudit cõtradictionẽ: Nam pasci iugiter sp̃u prophetię / & non esse prophetã pugnantia sunt. Sp̃s. n. prophetię in aliis hoĩbus pręter q̃ in prophetis non est: Nec ob aliud sunt ꝓphetę / nisi ob talem sp̃ũm: & tñ iuxta eum non sunt prophetę: ergo & sunt / & non sunt prophetę. Vide mi hieronyme ipsos ueritatis oppugnatores / decipulas eas incurrere: quas aliis magno conatu tetenderunt.

¶ Contra capitulum undecimũ qđ ultimum est.

AT in ultimo inuectiuę capite / qui multa retro commenta sparserit & quasi a carcere ad calcem percurrerit nimio flãmatus motu / anheloꝗ spiritu multa funditat: Argumentaturꝗ in uirum innocentem / imprudẽtem eũ appellans / cũ nouos prophetas / qui ꝓbati ab ecclesia

non sunt impredicēdo sectatus nō fuerit: dari nihilominus suis uisionibus fidem procurauerit. Graue telum si mitti posset in hostem. Atq̃ nō passim cuilibet danda fides: quis eniꝫ dicat / & quomodo / attendendum: siquidem inspectanda uiri prophetę uita: examinandum quid proferat: q̄ ad bonum conducens q̄ diuinę scripturę & rationi consentaneum: quo modo persistat in dogmate: quoqꝫ modo predicta compleantur: quę cum in hoc uiro cumulate reperiantur / non possumus sine labe ei fidem non habere. Si autem ille priorum prophetarum libros curiose non legerat / quid consequentię est: ut idcirco abrogandam ipsis fidem decerneret. Si in predicendo uerbis eorum inixus non est / quid hoc est culpę? Debent sequi deum prophetę & illius niti auctoritati perpende igit̄ q̄ friuolum fuerit calumniatoris argumentum: non fuit sedulus in reuelationibus pellegendis / igitur non potest esse propheta / & predictionis eius in eficax testimonium. Sed examinato quid dixerit de reformanda ecclesia: multi (inquit) nunc reformandam putant ecclesiam / si lux humanitatis christi desinat ab influxu / quem per lumen petri diffundit in tenebras / ut opacę noctis amota caligine sola remaneat Aurora rutilans / succedente luce solari in cęli medio. Hęc & multa alia quę sequuntur / īnuunt fieri non posse ut reformetur ecclesia: lux enim humanitatis christi non desinet ab influxu / qua nō remota (ueluti asserit) reformationis effectus sequi nō potest. Audi quęso deliriuꝫ insignius / cuꝫ pari pacto innuat bonum non esse ecclesiam reformari his uerbis. Sed si in toto orbe terrarum iugis emanatio luminis nullaꝫ noctē esse sinat / ubi aliorum quies animalium: & aliorum ad pastum secura congressio? ubi inq̄ qui nunc dura populoruꝫ corda & reproba foueat ad libitum? ut uera ecclesia dei / quę latitat ī electis pace fruatur / ne uiri sanctitate florentes ui pertrahantur ad populi tumultuantis anfractus ac deuia. Quibus ambagibꝰ non tam irasceremur / nisi & hoc adderet / nō enim sine causa

saluator dixit / sinite utraq3 crescere ad messem / ne cum ziza
niis simul eradicetis & triticum : Quasiq3 solus sciuerit quid
saluator intelligi uoluerit / subnectit / non omnes capiũt uer
bum hoc: At boni expositores non de reformatione ecclesię /
sed aut de pęnis hereticorum id saluatoris dictum interpretã
tur: inter quos Ioannes chrisosthomus super Matheu3 & Au
gustinus contra epistolam permeniani: aut de iudicio temera
rio exponunt / ut hieronymus qui Matheum enarrãs monere
nos dominum ait / ne uerbi quod ambiguum est / cito senten
tiam proferamus: sed deo iudici reseruemus. Alii alia scribũt
a quibus omnibus commentum Samuelis discordat: qui (ut
opinor) credidit post ecclesię reformationem nullum prauu3
super uicturum: in hoc certe rudis / quandoquidem non pro
amouendis quibuscunq3 malis reformabitur: sed ne lolium /
quod iam nimium excreuit / suffocet triticum ĩ ista noua area
multiplicandum / maxima ex parte eradicatis zizaniis. Ide3
fere cupiens quamq̃ aliis uerbis insinuare / mirabiliori modo
ait ecclesiam tam per malos q̃ per bonos gubernari : ueritus
autem iustam reprehensionem hoc uerbo / mirabiliori / non /
meliori / usus est: cui etiam hoc aduerbium / forte / sunexuit.
Affert pręterea quasi pręclarum aliquit in fine concinnatu-
rus / cõnexionem istam / dicit homines honeste uiuẽtes doc
trinam a se prędicatam sequi / eamq3 dicit in dies excrescere:
nouam ergo condis ecclesiam / nouam scripturam ipse com-
ponis: nouam legem ipse promulgas: discipulos nouę legis ĩ
stituis. Hęc illę / quasi homines christiani honeste uiuentes
nouam doctrinam quę christi non sit / sequi possint: & quod
est sequens / ad aliam ecclesiam trãsmeare. Porro homines ho
neste uiuentes ipsius doctrinam sequuntur: quę uetus est / nõ
noua / nec ab ipso (nisi sicuti a diuino instrumento) manife-
stata : euangelium est illius doctrina : & q̃q̃ predictiones &
prophetię nouę / ueteribus tamen miro modo cõformes: quę
autem rogo hęc argumentatio? Doctrinam a te prędicatam /

quę in dies crescit / sequuntur homines: igitur nouam condis ecclesiam / & discipulos nouę legis instituis: quasi ex prędicatione doctrinę alicuius sequatur eundē nouā ecclesiā cōdere.

¶ Sed iam plura q̄ īstitueramus mi hieronyme: neq; enim tā longe euagari consilium fuerat: cum me ad hoc officii compulerunt & ueritatis compertę amor / & in uirum probum conflatę calumnię. Credo autem facile futurum ut ex his / quę paucis istis diebus ueluti per otium construximus / clare percipias Samuelis tui machinamenta biēnio ędificata corruisse: tantumdem enim fere temporis pręteriit / ex quo hieronymus suas reuelationes inuulgauit. Vale: & deu; pro me orato: ac memor esto eidem prçces effundere ut aliquando calumniatoribus istius modi in tenebris uel ignorantię uł nequitię oberrantibus claritatis suę lumen affatim impertiat.

FINIS DEO GRATIAS.


LIBRERIA RELIGIOSA GUICCIARDINI

